



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De paupertate Cap. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

& ab eo simul infestari debeant: nouerint, instatissimè orandū, vt Domin<sup>o</sup>, p sue bonitatis, & nostræ fragilitatis magnitudine præsentissimū ferat auxiliū. 40 Orationis ergò, & exercitiorū assiduitate, stipendia militiæ nostræ faciāt: & nulla difficultate deterriti; nullo mœrore deiecti, p decore virtutis, pro mercedis magnitudine, pro similitudine Iesu Christi, charissimi fratres nostri decertent.

*De Paupertate.*

*Cap. VIII.*

1 **F** Docturus Iesus Christus, veræ sapientiæ Præceptor, æternę beatitudinis viam, à paupertate orsus est: quę nihil est aliud, quàm vltro nea rerum temporaliū abdicatio, ob regnum cœleste suscepta: quæ bona externa, sicut obedientia, & castitas interna, sacrificat.

2 Eius verò sublimitatē, verā stat<sup>o</sup> Apostolici notā, cōmendare operosum est: habet enim nescio quid virtute altius, dum bona, quæ homines adorant, excello animo calcat.

3 Quapropter inter beatitudines potius, quā inter virtutes à Christo eius laudatore

datore collocari debuit: vt noſſent homines veros pauperes ſpiritu non quæcunquẽ virtutẽ, ſed quendã felicitatis gradum, in hoc etiã exilio cõſecutos.

4 Ex quo ratio efficax exoritur, quæ animos allicere poſſit. Nemo enim eſt, qui felicitatem avidiſſimẽ nõ expetat: ad cuius viam perueſtigandam præclariffimos totius antiquitatis ex omninatione viros multis laboribus aſpirãſſe compertum eſt: quamobrem, cum oraculo Dei fratres noſtri acceperint, paupertatem Chriſtianam in beatitudinem cultores ſuos rectã ducere, ſtudium illius cupidiffimẽ debent arripere.

5 Sed præter oraculum hoc, multa ſecum bona Chriſti paupertas aſſert, quæ corda poſſint emollire. Singularem enim iure pauperes ſpiritu in Dei tranſeunt adoptionem; vt ij, quos mûdus deſpicere videtur, ab eo paternẽ regantur, & alantur, tanquam filij excelfi omnes. At quid homini glorioſus accidere poſſit, quàm ex obiectione mundi, Patrem excelfiffimum acquirere? Nouit hoc ille, qui dixit: Pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autẽ aſſũpfit me.

Nec

6 Nec solum hæc tanti Parētis honorificentissima protectio, sed intima quoq; consolatio, pro cupiditatis abdicatione, succedit: Spirit<sup>9</sup> quippè sãctus, qui corda solatur amore peculiari, pauperũ paracletus est, vt qui est Dei donũ, ijs potissimũ detur, qui rerũ omnĩũ expulsiõne, vacua illi corda, ipso tantũ explenda præbuerunt: propterea post illa verba: Veni Pater pauperũ, proximè dicitur: Veni dator munerum.

7 Ex quo pariter liquet, q̃ sint prudētes mercatores, q̃ tã eximijs donis cœlestibus, tã exilia terræ bona permutant.

8 Nec verò quemquam mouere debet, rationes has Christianæ paupertatis assertrices ab ijs, qui sæculo implicantur, minimè capi: sunt enim sæculo altiores, & solidissima fide subnixæ: cui sæculi contemptores facilè assentiuntur,

9 Fratres igitur nostri ad hunc ordinẽ gratis vocati, altissimo despectu bona omnia temporalia detestentur: & actus Christianæ paupertatis acquirendæ opportunos ediscant.

10 **N**Otandum ex duobus capitibus paupertatem Christi cōponi; ex abdicatione externa, & interna. Externa constat illa relictione, quæ omnibus claustra petentibus cōmunis est: Interna verò concupiscentiæ, seu cupiditatis extirpatione, quæ non vniuersis æque communis est.

11 Vtramquæ Christus indicauit illis verbis, Pauperes spiritu: non enim pauperes dixisse satis erat, quod externa bonorum priuatio præstat, sed oportebat addere, spiritu, hoc est, voluntatis affectu, qui abdicationem creat internam.

12 Postquam verò quis, & opere, & affectu temporalia bona reiecit, non continuo paupertatis cultor perfectus euadit: multa enim ex affectu illo, & interna, & externa in cenobio exercenda sunt, ad eam perfectionem cōparandam, vt è subiectis actibus patebit.

13 Resinosa mundi substantia est, & facile cor humanum omnibus, quæ frequenter, adhæret: quamobrem, postquam concupiscentiæ passio, bonis, quibus in sa-

cul

culo pascebatur, se videt orbatam, ad ea tenuia commoda, quæ in claustris esse possunt, ardentè hiat: & totam eam vim, qua in sæculi diuitias ferebatur, ad res quoque vilissimas confert. Sic vestem, librum, imaginem, quodam auaritiæ affectu curat, & sibi permitti, alijs tradi nollet.

14 Nocendi genus miserrimum est: vt qui ampla patrimonia respuerunt, libri, vestis, vel aliarum nullius pretij rerum nimio amore capiantur: quod propterea vigilantissimè cauèdum, & affectus his actibus internis repurgandus.

*Actus Interni.*

15 **C**lementissime Deus nolo aliorum bonorum possessionem, nisi tantum modò tui.

Vtinam Pater amantissime mihi lenos mundos auro plenos haberem, non vt possiderè, sed vt relinquerè propter te.

Benignissime Domine, quod ad me spectat, promptissima voluntate omnia, quæ desiderare possum, relinquo propter te.

Misericordissime Deus, vtinam care-

rem hac veste, quâ tegor, vt tibi mea nuditate placerem.

Dulcissime pater, ego sum hac cella planè indignus, vtinam sub scala, vel in angelo domus incōmodo pernoctarē.

Satis benè mecum ageretur Domine, si ederem reliquias ciborum, quib⁹ famuli tui vescuntur. oro te, vt me ad conuiuium fragmentorum panis, qui superest, admittas.

Absit à me, o tota hæreditas mea, vt libri, cellæ, vestis, seu aliarum rerū cupiditate præpediar.

16 Huiusmodi actus, vt satis patet, multis modis formari queunt; sed ad externos accedamus,

*Actus externi.*

**A** Nimaduertendum est, multos, qui paupertatem profitentur, grauius seduci, dum sola prima bonorum temporalium renuntiatione, & nonnullis actibus internis contenti, se opus absoluisse putant: nec externè sibi quicquã deesse patiuntur. Grauis error est; quale enim genus paupertatis est, cui nihil deest. Profectò iuxta Sanctorū doctrinam

nam paupertatis comites sunt, rerum  
necessariarū defectus, calor, frigus, sitis,  
fames, nuditas, & multiplex incommo-  
ditas: quapropter, timendum est, nè ij,  
quibus necessaria semper suppetunt,  
Christi sententia, pauperes veri nō sint.

17 Propter hoc fratres uostri, si quādo  
valentibus siue ægrotantibus, quicquā  
desit, gratiam Clementissimo Deo ha-  
beant: quod experimento paupertatis,  
quam colunt, conscientiam exhilarare  
velit.

18 Verūm quia fragilitatis nostrę mise-  
retur, indulgenter prouidere solet, nè  
quid necessarium desideretur: quo nō  
est æquum, pauperes veros fieri remis-  
siores: immò studiosiūs eis in opus in-  
cumbendum: nè dum materia pauper-  
tatis exercendæ subtrahitur, meritum  
quoque decrescat.

19 Tunc ergò, & vniuersè, quoties po-  
terunt, vestes obsoletas, & laceras, cellā  
incommodiorem, duriores lectum,  
vetustiores libros, cibos infirmiores, &  
eiusmodi alia, quæ pauperibus congru-  
ere nōrunt, à superiore postulare, aut  
imposita libenter ferre debebunt.

20 Quòd



20. Quòd si eis, quauis de causa res còmodæ indulgeantur, affectum non finant adhærescere: sed illas, quemadmodũ & omnes alias, quasi res alienas, parcè, & quasi res Christo sacras, illarũ detrimētũ deuitantes, reuerenter vsurpēt.

21. Hæc est pauperum Christi antiqua disciplina; quæ statim, ac animo cuiusquam insedit, miris incremētis Monasticam perfectionem exaggerat: nam præter propriam excellentiam, pluriũ virtutum nobilissimarum societate resplendet. Sed cum carni refragetur, quã impensius æquo frequenter homines amant: necesse est, rationes firmas inducere, quibus ad paupertatem amplectendam corda roborentur.

22. Laboriosum est, (aiunt) paupertatẽ tam exactè colere: genus enim cuiusdã seruituris duræ videtur. Sed quantò laboriosius vitam degunt homines innumeri, non electione, sed coactione pauperes, qui vix pane saturantur: & sine spe mercedis contabescunt: qui tamẽ homines sũt, & esu Christi sãguine redẽpti.

23. Nec obstat sanè, multos ad claustra vocatos, ex opulentis pauperes graui-

is

us illis pauperibus necessarijs (vt aiunt) diuexari: nam præterquam quod opinio hæc hominum sæcularium falsa est, esto tamen ita esset: quot homines locupletissimi, vel ob culpam, vel ob artis campforiæ deliquium repentino casu in extremam tritemium egestatem sine compensatione vilius consolationis incurrunt?

24 Nec est ad rem, illos peccasse: quis enim è vocatis adeò iustus est, quem non accuset alicuius peccati cōsuetudine: propter quod, si non in hac vita, tritemibus, in futura tamen flammis inferni tradicommeruerit? Non expedit certè illa solum, quæ carneis oculis videntur expendere: sed æterna cogitare.

25 Deinde quamnam voluptatem percipiunt viri diuitiarum, dormientes solum suum, qui cum intereunt, non sumunt omnia, sed nihil inueniunt, nisi peccatorum spinas in manibus suis: & quia dorsum incuruârunt sub terrenorum bonorum pondere, demerguntur quasi plumbum, in aquis vehementibus daturi pœnas cupiditatis suæ? Nunquid colligunt de spinis vuas? Annon mortuus est.

est, & diues, & sepultus est in inferno?  
 26 Quantò ergò fælicius est, illa bona relinquere, quàm relinqui, & cum Lazaro quondam paupere requiem æternam inuenire?

27 Quantò lætius, & gloriosius est, cū eo, qui pro multis dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, super sedes duodecim, cum pauperibus Apostolicis, in opulentissima gloria sedere? Certè (vt ex hac sessione patet) non est inutilis commutatio, pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse.

28 Prætereà (nè quis solam futurorum bonorum pollicitationem parum mouere dicat) præsentis sæculi diuitiæ eò tantùm conducunt, vt quis alatur, cætera enim, quæ ad fastum expenduntur, culpâ non vacant: quid ergò ex rebus tēporalibus (excepto fastu) deest Monacho, cui Deus peculiari curâ prouidet alimenta? Profectò non deest, nisi sollicitudo, nisi peccata, nisi cupiditas: at hæc abesse, melius est.

29 Iam autem bona illa terrea casu perire poterant, & molestior egestas succedere: at Christi famulis nulla calamitas

tas

tas panem adimere potest, sicut scriptū est: Nunquam vidi iustum derelictum; nec semen eius quærens panem. nec solus panis, sed nec vllum bonum Iesu Christi seruis deesse potest: cum tamen diuitibus mundi, panis quoq; deficiat, sicut scriptum est: Diuites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

30 Vtlerius diuites sæculi sui ipsorum curatores, pauperū verò Deus procurator est: & propterea singulas buccellas Deus, qui minutissima quæque contemplatur, in numero, pondere, & mensura suis alumnis apponit; esca ergò tam amanter, tamque sapiēter prouisa, quanto sit corpori utilior, quam ea, quæ ab homine ipso intemperante, & fortasse diabolo consentiente parata est?

31 Præter hæc escam illam certè lautissimam cōsolationis internæ, quâ in hoc etiam exilio Christi pauperes, per intervalla saltem aluntur, compertum est sæculi diuitibus deesse: Habent illi sanè consolationem leuem, sed Iesus Christus ait: Væ vobis diuitibus, qui habetis cōsolationem vestram in hoc mundo.

Melius

Melius ergò est, Dei solatio hic recreari,  
& sempiterna simul sperare solatiã.

32 Cæterum, licet rationes allatæ parũ  
valerent: amor ille, quo Dei filius, cum  
esset diues, egenus propter nos factus est,  
vehementer fratres nostros vrgerè de-  
beret, vt paupertati spiritus plurimam  
operam nauarent. Si Deus tenerrimo  
quodam affectu ait: Pauper sum ego, &  
in laboribus à iuuentute mea: decebit-  
ne Monachum dicere: Nollem ego pau-  
pertatem exactè colere?

33 Quid de Beatissima Virgine dice-  
mus, cuius inopiam fructuosius esset la-  
chrymis, quam calamo profèqui? O quã  
diues paupertas, vel ex solo dulcissima  
Reginæ cælorum amplexu? Etenim duo  
exèpla hæc dura quoq; corda domabũt.

34 Fratres ergò nostris purissima, ac  
pauperrimæ Virginis filij, tantæ Matris  
cõfortiũ cõstanter exquirant, & passio-  
nibus, ac rætationibus minimè fra-  
cti, ad pauperum hæredi-  
tatem, hoc est, regnũ  
cælorum aspici-

rent,

(?)

De